UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae, Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de Liesse dictam effulsere

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Infans repertus viuus in vtero matris defunctæ baptisatur, matre, dum esset in viuis, postulante vt post mortem secaretur: quia confisa beatæ virginis precibus sperabat infantulum vita non ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-59700

Visual Library

PVELLA INCVRABILI MORBO affliĉta & à medicis dereliĉta, vbi Tungros aduecta eſt, magno miraculo eſt ſanata.

CAPVT XXX.

EOdem anno filia Dominæ Launoy Mo-
tibus Hannoniæ habitantis, in vico va-
gò de la Chauſſie dicto, ſontico & incurabili
morbo affliĉta, & à medicis deſerta, conſilium
inijt deuouendi ſe in peregrinam ad Tungros,
quò cum fuiſſet aduecta, magno miraculo ſa-
nata eſt, etiamnum hodie ſuperſtes.

INFANS REPERTVS VIVVS IN vtero matris defunĉtæ baptiſatur, matre, dum eſſet in viuis, poſtulante vt poſt mortem ſecaretur, quia confiſa B. Virginis precibus ſperabat infantulum vita non cariturum.

CAPVT XXXI.

ANno 1595. vxor Petri Lonoij, il-
temporis Prætoris Tungrenſis in
ſummo partus periculo animam a-
gens, ſeſe aperiri ſiue viuam, ſiue mortuam
iuſſit, confiſa Virginis matris patronæ ſuæ
bonitate infantem, non cariturum vita. Ita-
Adhuc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Athum, medici ſeu chirurgi accerſendi gratia. Vix pedem extra domus limen ſeruus protulerat, quum mulier vita defuncta eſt. Venit Chirurgus, eam ſecuit, & infantem viuum repperit, qui baptiſatus ad aliquot horas ſuperuixit. Quatuor hæc miracula præſente & vidente Domino Ioanne Lattore, per id tempus Tungrenſi Paſtore, contigerunt.

PVELLA A MORBO INCVRABILI ſanata, ſimul atque eam pater ad beatam Virginem deuouit peregrinam.

CAP. XXXII.

ANNo milleſimo quadringenteſimo quaterviceſimo decimo ſeptimo Thomæ VVillemanni tunc Tungrenſis æditui filia duodecennis ex morbo cõtraxit fiſtulam in facie: cui curandæ adhibiti ſunt, Chirurgicæ & medicæ artis periti tres: qui cum nihil proficerent, eam deſeruerunt, iudicantes & oculum perditum, & vitam ipſam. Pater puellam ad beatam Virginem Tũgrenſem peregrinam deuouit indutam habitu candido, quæ ſtatim ſanitatem eſt conſecuta.

QVIDAM

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN